



Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

6 Pontifices delator agit civilia tantùm.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

C. III. ¶ In accusatione Episcoporum delicta, civiliter tantum experiri possunt.

Item Felix Papa omnibus Episcopis per Gallia provincias constituit, epistola secunda.

SI a accusatorum personarum in iudicio Episcoporum culpabiles apparuerint, ad arguendum non admittuntur, nisi proprias causas afferere, non tamen criminales, vel ecclesiasticas voluerint.

C. IV. ¶ De eodem.

Item Hadrianus Papa in capitulo, c. 3.

Quod si accusatorum personarum in iudicio Episcoporum culpabiles apparuerint, ad arguendum non admittuntur, nisi proprias causas haberint, non tamen criminales, vel ecclesiasticas.

CAUSA V.

In infamiam cuiusdam Episcopi chartula accusatus occurrere consuevit: tandem accusator in publicum. Episcopus autem semel innotuit, causa sua die statuta adesse non vult, procuratorem iudicis se praesentari, absque synodali sententia damnatur. Demum iudicio per appellacionem negat de accusatoris inimicitia Episcopus conuenitur: tandem appellacione deficit accusator.

- 1. Primo queritur, quae pars sit ferendus, qui famulatum bellum clanculo scribens, probare negligit quae mandavit.
- 2. Secundo, quatenus sit vocandus ad causam, antequam sententiam damnationis accipiat. b.
- 3. Tertio, an per procuratorem causam suam agere valeat, si ipsius causa adesse non potest.
- 4. Quarto, an absque synodali auctoritate sit damnandus.
- 5. Quinto, an idcirco aliquis habendus sit innotuit, quae tunc terius indicat.
- 6. Sexto, quae pars sit pleniendum, qui, quod iudicis, praesentari vult.

QUESTIO I.

Prima quaestione Hadrianus Papa scribit in epistola, c. cap. 49. ad 30. dicens.

C. I. ¶ Flagellatur, qui scripta in alterius famam neglexerit probare.

VI d. in alterius famam publice i. scripturae. Verba contumeliosa confinxerit: & repetita non probaverit, flagellatur: & qui ea prius innotuit, si non vult auctoris facti causam innotuit, i. Publice Hadrianus, Capitulare Caroli, & item in publico.

C. II. ¶ De eodem.

Item Gregorius I. epist. 29. f. 4. c. 19.

Quia Castorium Notarium, ac responsalem nocturno silentio in publico i. civitatis loco contumeliam posuit in ejus crimine loquentem, multumque de facienda pace callide contradicentem. Quisquis veraciter loquitur, semetipsum non debet formidare, oportet, ut publice crederetur, cumque in contestatione sua loqui praesumpserit, quidquid ille sit, qui hoc agere praesumpserit, sensum in tantis iniquitatis consilio praebuit, quod sancti eius corporis ac sanguinis participatio vatus sit. Si vero, quia lateret, & quantum teneat ad disciplinam non valet, si tantum scius, etiam prohibitus, corpus ac sanguinem

- a. 3. q. 10. c. fin. l. 1. p. 6. c. 211.
- b. al. exipiat. l. 7. c. 361.
- d. Anselm. l. 3. c. 88. l. 1. p. 4. c. 116. & p. 16. c. 211.
- l. 1. p. 6. c. 381.
- f. al. disciplina. orig.

QUESTIO V.

De quinta vero quaestione in concilio Carthaginiensi a III. c. 7. sic invenitur definitum.

C. I. ¶ Non est a communiōne suspendendus, qui die statuta ad causam venire non potuit.

Quisquis b. Episcoporum accusator ad Primatem provinciae ipsius causam deferat accusator. Nec a communiōne suspendatur, cui crimen innotuit, nisi ad causam suam dicendam, i. electorum iudicium, die statuta, literis evocatus minime occurrerit, hoc est, intra spatium mensis ex ea die, qua eum literas accepisset confiterit. Quod si e aliquas veras necessitatis causas probaverit, quibus eum occurrere non potuisse manifestum sit, causis suis dicendis intra alterum mensem integram habeat facultatem. Verum tandem post mensem secundum non communicet, donec purgetur. Sin autem nec ad concilium universale 2. occurrere voluerit, ut vel ibi causa ejus terminetur, ipse in se damnationis suae sententiam dixisse iudicetur. Tempore sane, quo non communicat, nec 3. in sua ecclesia, vel parochia communicet. Accusator autem ejus, si nunquam diebus causae dicendae defuerit, a communiōne non removeatur. Si vero aliquando defuerit subrahens se, restituito in communiōnem Episcopo, removeatur a communiōne accusator: ita tamen, ut nec ipsi admittatur facultas causae peragendae, si se ad diem occurrere non noverit, d. sed non potuisse probaverit.

- 1. ¶ Electorum iudicium] Iste dua voces absunt ab editione Coloniensi conciliorum in quatuor tomis.
- 2. ¶ Universale] In concilio ipse additur, anniversarium. quod in Africano concilio c. 62. ostenditur de universali concilio Africa esse intelligendum.
- 3. ¶ Nec in sua ecclesia] Sic in ceteris conciliorum editionibus, & codice canonum, & apud ceteros collectores. Sed in editione quatuor tomorum est, nec in sua plebecommunicet. Graecis, c. 19. legitur, μηδὲ ἐν τῷ ἰδίῳ ἐκκλησίῳ, ἡνδὲ ἐν παραρχίᾳ κοινοῦντο. id est, neque in propria ecclesia, nec in parochia communicabit.

QUESTIO VI.

Sexta vero quaestio eodem septimo capitulo concilii Carthaginiensis III. terminatur, in quo sequitur.

C. I. ¶ In civili, & proprio duntaxat negotio ad arguendum admittitur, qui in Episcopos accusatione culpabilis invenitur.

Illud vero placuit, ut cum agere coeperit in Episcoporum iudicio, si fuerit accusatoris persona culpabilis, ad arguendum non admittatur, nisi proprias causas, non tamen ecclesiasticas, vel criminales afferere voluerit.

¶ Vel criminales] Absent hoc a concilio, & ceteris collectoribus, sed retentum est ob casum, & reperitur in c. si accusator.

C. II. ¶ Propriam causam agere valet, cui accusare non licet. Item ex concilio Carthaginiensi 7. c. prope fidem.

Omnibus, h. quibus accusatio denegatur, in causis propriis accusandi licentia non est deneganda.

- a. Et Felix Episcopus ad Episcopos Galliae.
- b. Anselm. l. 3. c. 122.
- Burch. l. 1. c. 116. l. 1. p. 1. c. 270. Pam. l. 4. c. 106.
- c. Anselm. 9. q. 8. q. 8. q. 10. d. al. vobis esse.
- e. Anselm. l. 3. c. 121. Burch. ibidem. l. 1. c. 116. d. e. vobis esse.
- f. al. ad accusandum, vel arguendum.
- g. al. dicere.
- h. l. 1. p. 1. c. 84.